

Petrus de Vinea

*Ep. VI 24 (Notum facimus
fidelitati uestrae, quod...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. VI 24 (Notum facimus
fidelitati uestrae, quod...)*

1231-1250

Concedit licentiam exercendi artem medicinae in quibusdam partibus.

1. Notum facimus fidelitati uestrae, quod ..., fidelis noster, ad curiam nostram accedens, examinatus, inuentus fidelis et de genere fidelium ortus, et sufficiens ad artem medicinae exercendam, extitit per nostram curiam approbatus. 2. Propter quod, de ipsius prudentia et legalitate confisi, recepto ab eo in curia nostra fidelitatis et de arte ipsa fideliter exercenda iuxta consuetudinem iuramento, dedimus ei licentiam exercendi artem medicinae in partibus ipsis, ut amodo artem ipsam ad honorem et fidelitatem nostram et salutem eorum, qui indigent, fideliter ibi debeat exercere. 3. Quocirca fidelitati uestrae precipiendo mandamus, quatenus nullus sit, qui predictum fidelem nostrum super arte ipsa medicinae in terris ipsis, ut dictum est, fideliter exercenda, de cetero impediat uel perturbet.